
LECTORI.

SEXTUM jam prodit libellus pharmaceuticus in usum Nosocomii Regii Edinburgensis, varias quidem mutationes passus, quo aptius, et medicamentis ipsis et eorum titulis, ad Pharmacopoeiam Collegii Medicorum quadraret.

Pars prior materiam medicam, sive medicamenta simplicia, complectitur; posterior medicamenta praeparata et composita. Ex his vero quaecunque nomine tantum recensentur ad normam in Pharmacopoeiae Edinburgensis editione ultimâ praescriptam praeparari vel componi debent.

4

Quod

1795-

Quod ad medicamentorum titulos attinet, hi ordine alphabetico disponuntur; atque nomina nova, Collegio nuper probata, plerumque adhibentur. Antiquiora tamen quaedam adhuc retinentur, quae scilicet ob concinnitatem, aut ob diuturnum in nosocomio usum, magis commoda videbantur. His vero passim adjiciuntur nomina recentiora a Collegio indita; atque eadem etiam iterum, prout ordo postulat, inseruntur, indicatis ubique nominibus in nosocomio usitatis. Inde quidem paululum augetur libelli moles, at ab ambiguitate et errore in hisce rebus simul praecavetur.

Porro, de liquidorum ratione monendum est, quod, ubicunque de spirituosis, salinis vel metallicis, liquida, qualiacunque fuerint, nusquam nisi pondere; ubi tamen, de merè aquosis, uti in infusis et decoctis plerisque, agitur, haec mensurâ aestimari saepe licet.

Mensura

Mensura vero in hunc modum dividitur.

Congius	}	<i>habet</i>	}	Libras octo.
Libra				Uncias sexdecim.

*Denique, in Tironum gratiam, ad calcem
anneſtitur Tabula Poſologica, vel doſes ipſas
medicamentorum praecipuorum medias ſiſtens,
vel limites ſaltem denotans intra quos, pro
vario medici ſcopo, eaſdem contineri convenit
vel ſolet, quando adulto, nec medicamentis
iſtis adhuc aſſueto, praecipiantur.*

ERRATA.